

Heinrici de Perke, ad nos devoluta occasione cuiusdam homicidii, per eundem Heinricum perpetrati in personam cuiusdam Nicholai, dicti Cole, de Perke, nos eandem venditionem laudamus, ratificamus et approbamus et prefato Waltero rectam warandiam prestare de eisdem promittimus in futurum contra quoscumque harum testimonio litterarum, nostro sigillo sigillatarum. Datum Fure in vigilia divisionis apostolorum anno Domini M^o CCC^o trigesimo quinto.

11 v^o.

12.

De priors der Karthuizers van Macourt en S.-Mertensbosch maken de vereischte omschrijvingen voor de priorij van S.-Katrien op 't Kiel.

23 Juni 1336.

Universis tam presentibus quam futuris nos, fratres Dy. et Jo., beate Marie de Macourt et Silve sancti Martini priores, Cartusiensis ordinis, salutem in Domino cum veritatis notitia infrascripte. Cum in nostro generali capitulo ultimo preterito fuerit ordinatum, quod omnes domus nostri ordinis, non habentes terminos ab ordine assignatos, possint vocare duos priores ad assignandum eis terminos secundum ordinis honestatem, nosque priores predicti, ad domum beate Katherine prope Antwerpiam a priore et conventu dicte domus ob hoc vocati, eisdem auctoritate predicta decrevimus terminos in modum qui sequitur assignare: primo quod procurator dicte domus, qui est aut qui erit pro tempore, possit ire de sui prioris licentia in villam de Antwerpia et per duas leucas circumquaque et infra, et, ut omnis abiciatur suspicio, etiam infra villas que dicuntur communiter a predicta villa de Antwerpia per duas leucas distare, quociens dicte domus negocia id requirunt. Caveat tamen dictus prior ne eum emittat pro negociis que per famulum aut conversum valeant laudabiliter expediri. Conventui vero dicte domus causa recreationis aut spaciamenti assignavimus terminos infrascriptos, videlicet exeundo, de prioris licentia, versus Hoeboken super ripam aque Schalde, sive fluat, sive defluat, usque ad slusam positam juxta salsetum monasterii sancti Michaelis, et deinde

versus orientem, infra aque ductum dicte sluse, transeundo per viam sancti Barnardi usque ad domum Johannis de Wilrike, ita quod via publica, transiens ante domum dicti Johannis, versus Antwerpiam, infra dictos terminos totaliter sit inclusa usque ad fossatum, dividens hereditatem Jacobi Draconis versus Antwerpiam predictam. De hinc eundo recto tramite infra molendinum Nycolai de Hoeboken et per terram quam dictus prior et conventus emerunt ab Egidio de Ackendonc usque ad aquam Schalde et sic ad monasterium redeundo. Et licet dictum terminum recreationis aut spaciamenti ad evitandum pericula que casu fortuito evenire possent aut contingere, versus villam predictam et Scaldam aequaliter se extendant, laudamus tamen et consulimus tum propter ordinis honestatem, tum propter ville propinquitatem, tum propter populi confluentiam, ne prior eos versus villam nisi modicum et extra aggerem ire permittat, necessitate que legi non subditur semper exclusa, et etiam provideat sibi dictus prior ut propter causas predictas dicti exitus raro fiant. De terminis autem acquirendi possessiones, quum dicta domus adhuc nova est et tenuis in redditibus, ad presens supercedimus ad cautelam quoadusque ipsa divina largienti clementia ad statum pervenerit pinguiorem. Datum in domo predicta anno incarnationis Dominice M^o CCC^o tricesimo sexto, in vigilia beati Johannis Baptiste sub sigillis domorum nostrarum in testimonium premissorum.

80 r^o.

13.

Guillelmus, nieuw gekozen en bevestigde bisschop van Kamerijk, geeft de toelating aan den prior van S.-Katrien op 't Kiel om dezes nieuwgebouwd klooster, zijne kerk en zijn kerkhof te doen wijden door 't zelfde welken bisschop of aartsbisschop, op voorwaarde slechts dat die katholiek zij.

16 Februari 1337.

Guillermus, miseratione divina electus, confirmatus. Cameraensis, dilecto nobis in Christo priori beate Katherine prope Antwerpiam, Cartusiensis ordinis, nostre Camera-

censis diocesis, salutem in Domino. Ut a quocumque reverendo patre domino, Dei gratia archiepiscopo vel episcopo, catholico et sancte ecclesie Romane devoto, ecclesiam nostram de novo, prout debite constructa est, unacum altaribus et parvo claustro eiusdem possitis facere dedicari, benedici et etiam consecrari, adhibitis solemnitatibus opportunis, salvo in omnibus iure nostro aut quolibet alieno, eisdem et eorum cuilibet quem super hoc duxeritis requirendum, premissa faciendi et vobis ea fieri petendi gratiose concedimus et committimus tenore presentium potestatem. Datum apud Castellum in Cameracesio Castro sub sigillo nostro sexta decima die februarii anno Domini M^o CCC^o trecesimo sexto.

76 v^o.

14.

Cono, hulpbisschop van Luik, getuigt dat hij de kerk, vijf altaren en 't kerkhof van 't klooster van S.-Katrien op 't Kiel heeft gewijd en verscheidene aflaten aan dezelfde geschonken.

24 en 25 Meert 1337.

Universis presentes litteras inspecturis nos, frater Cono, Dei gratia episcopus ecclesie Magaucensis, vices gerens in pontificalibus reverendi in Christo patris et domini, domini Adulphi, eadem gratia episcopi Leodiensis, notum facimus quod ecclesiam cum quinque altaribus et cimiterio parvo, sito inter ecclesiam et refectorium, auctoritate litterarum, quibus presentes nostre littere sunt infixae, fratrum Carthusiensium prope Antwerpiam consecravimus et dedicavimus, divina nobis gratia suffragante, constituentes diem anniversarii dedicationis ad dominicam post inventionem sancte Crucis, conferentes omnibus vere penitentibus tempore anniversarii dedicationis eiusdem et infra octavas, dictum locum visitantibus de ecclesia annum indulgentiarum cum karena et de quolibet altari quadraginta similiter et de cimiterio perpetuis temporibus duraturas (*sic*). Preterea omnibus diebus sanctorum, in quorum honore sunt dedicata dicta ecclesia et altaria, visitantes et vere penitentes totidem indulgentias optinebunt. Actum et datum anno a nativitate millesimo trecentesimo

tricesimo septimo, vicesima quarta et quinta die mensis Marcii. Rasuram in sexta linea supra confirmamus. Et quum sexus femineus, secundum quod forma ordinis dictorum habet fratrum, non possunt ingredi, concedimus ut omnis sexus femineus capellam antiquam visitans in contritione et penitentia indulgentias temporibus dictis consequatur memoratas. Datum ut supra.

76 v^o en 77 r^o.

15.

Schepenen van Turnhout verklaren dat Jan Brekenere, schout te Antwerpen, de goederen van 't klooster der Karthuizers van 't Kiel rond Turnhout heeft te cijns genomen.

16 April 1338.

Universis.... nos, Johannes de Kelre, Gerardus de Hoevele, Johannes Ancelmi, Johannes dictus die Raet, Nycolaus Stinen, Ancelmus de Beeme et Johannes Metten, scabini opidi de Turnoud, salutem.... Noveritis quod Johannes dictus Brekenere, scultetus Antwerpiensis.... recognovit se a viro venerabili et discreto, fratre Gerardo, priore ordinis Cartusiensis iuxta Antwerpiam, omnia bona et singula hereditaria acquisita et alia quondam magistri Johannis de Turnout bone memorie ubicumque sita seu quocumque nomine censeantur, ad dictum dominum Gerardum priorem et eius monasterium spectantia, sub censu decem solidorum grossorum monete regis Francie veterum et legalium annuo et hereditario firmiter recepisse.... Datum anno Domini M^o CCC^o tricesimo octavo, feria quinta post festum Pasche.

106 r^o.

16.

De algemeene prior en 't algemeen kapittel der Karthuizers keuren de omschrijvingen, den 23 Juni 1336 gedaan, goed en beslissen dat de omschrijving der goederen zich 15 uren wijd rond Antwerpen zal uitstrekken.

1345.

Nos, frater H., prior Cartusie, ceterique diffinitores capituli generalis ex certa scientia confirmamus terminos domus beate Katerine iuxta Antwerpianam, assignatos per visitatores, sicut in littera, in qua hec sedula annexa est, plenius continetur. Terminos vero pro possessionibus acquirendis assignamus circumquaque per quindecim leucas inclusive. Datum sub sigillo domus Cartusie anno Domini M^o CCC^o LXV^o, sedente nostro capitulo generali.

80 r^o.

17.

Maria van Rasseghem, vrouw van Attenhove en in Eekeren, schenkt hare toestemming aan de verkooping van een zister rogge te Attenhoven (Hoevenen), door Willem, den Clerc van Eekeren, haren "rechteren" gedaan.

24 September 1347.

Wy, Marie van Rasegheem, vrouwe van Attenhoven ende in Eekeren, maken cont allen lieden.... dat dien coep die een eersam man ende religioes, de prior van den Cartroysen bi Antwerpen gecocht ende ghedaen heeft tsyns convents behoef, jeghen Willeme, den Clerc van Eekeren, onsen rechteren, als van eenen zistere rogs erflike, dat sculdich es ende ons te ghevene plach jaerlike Jan Lobbe, daer af pant zyn vier ghemete lants, luttel min oft meer, gheleghen binnen Attenhove, in die Vyftienhove, daer syn huys op staet.... dat wi dien coep gheloven in goeden trouwen ghestade te houdene teeuweliken daghe.... In kennessen van desen letteren bezeghelt met onsen segle ende noch om de meerre sekerheit te doene den priore.... soo bidden wi heren Gheraerde van Mercheem, riddersen, onsen lieven sone, dat hi desen letteren mede wille bezeglen.... Ende ic, Gheraerd van Mercheem, ridder vorseit, doer de bede minre lieven moeder, mire vrouwe van Attenhoven voerghenoemt, hebbe dese letteren mede bezegelt.... Ghedaen int jaer ons Heren, alsmen screef dusentich driehondert sevene ende viertich, des maendaghes na sente Mattheus dach, apostels ende ewangeliste.

105 v^o.

18.

Jan van Wijneghem en zijne gade Margareta schenken hunne goederen op 't Kiel, vijf en twintig bunder groot, aan de priorij der Karthuizers aldaar.

28 Meert 1350.

Wy, Jan Bode en Willem de Molenere, scepenen in Antwerpen, maken cond dat.... Jan van Wineghem, nu onse medescepenen, ende Joncfrouw Margrete, syn wettighe wyf.... bewysden in pure aelmoesene, om Gode, den prior ende den convente van tSartroysen, woenachtech bi Antwerpen, alle hore goede die si liggende hebben te Kiele, dats te wetene, in eyghene, in erve, in aerden, in bosschen ende in winnenden lande, met alden husinghen die daer toe behoren, houdende omtrent vive ende twintich bunre, luttel min ofte meer, ghelyc dat sise daer vormaels vercreghen hebben, alsoe si seiden.... dewelcke..... Ghegheven int jaer ons Heren alsmen screef M. CCC. ende vyftich op den achte ende twintichsten dach der maent van Merte.

8 v^o.

19.

Hertog Jan III geeft zijne toestemming aan vooraende overdracht ten voordeele der priorij van 't Kiel.

29 Januari 1351.

Nos, Johannes, Dei gratia Lotharingie, Brabantie et Lymburgie dux ac sacri imperii marchio, notum facimus quod nos dilectos nobis in Christo priorem et conventum monasterii fratrum ordinis Carthusiensis ac eorum monasterium prope Antwerpianam, Cameracensis dyocesis, de novo constructum, favore benevolo prosequi cupientes, propter Deum eisdem priori et conventui ac eorum monasterio concedimus ut terras, infra libertatem opidi nostri Antwerpiensis consistentes, viginti et novem bunarios vel circiter in arabilibus, pratis et pascuis continentibus, quarum alique immediate movent a nobis, et alique a nostris subditis, et alique sunt allodiales, dicti prior et conventus, prout emptiois titulo eas erga Johannem de Wineghem, opidanum Antwerpiensem, com-

paraverunt usque ad numerum viginti quinque bonariorum, et alia quatuor erga quosdam alios nostros subditos comparata sunt, acquirere sibi et obtinere jure hereditario possint et valeant et investituram et inheredationem dictarum terrarum secundum morem patrie cum effectu apprehendere et habere in perpetuum, salvo in omnibus jure domini nostri et alio jure quolibet, quod in eisdem terris omnibus et singulis habuimus et habemus ac cuilibet nostro subdito jure suo, nostris justitiariis et receptoribus, ad quorum officium id spectat, tenore presentium committentes ut eisdem priori et conventui in apprehensione et heredatione dictarum terrarum quam cito se facultas obtulerit, officium suum impendant. Reliquos vero subditos nostros, dominium in Kiele sub nobis obtinentes, requirimus et hortamur in Domino quatinus singuli eorum, prout eis incumbit, dictis priori et conventui in premissis se exhibeant benevolos et paratos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum Bruxelle die veneris post festum conversionis beati Pauli apostoli anno Domini M^o CCC^o quinquagesimo secundum stilum Curie Cameracensis.

7^o et v^o.

20.

Ander schrijven van hertog Jan III, veroorlovend dat de priorij van S.-Katrien voorzeide leen- en andere goederen bezitte.

16 Augusti 1351.

Johannes, Dei gratia Lotharingie, Brabantie et Lymburgie sacrique Imperii marchio, notum facimus universis quod nos dilectis vasallis nostris, dominium feudale in Kyele prope Antwerpiam sub nobis obtinentibus, concessimus et concedimus per presentes ut cum beneplacito nostro religiosos, viros priorem et conventum domus beate Katherine prope Antwerpiam, ordinis Carthusiensis, inheredare et instituere possint et valeant cum effectu in terris et possessionibus, quas infra dictum dominium in Kiele erga Johannem de Wineghem et alias diversas personas comparaverunt ac comparare poterunt in futurum, jure domini nostri in dictis terris et in

vasallis nobis et nostris successoribus ac jure census annui et servicii debiti et consueti ipsis vasallis et eorum successoribus semper salvis, presentium testimonio litterarum sigillo nostro sigillatarum. Datum Antwerpie mensis Augusti die sexta decima anno Domini M^o CCC^o quinquagesimo primo.

7 v^o.

21.

Leenverhef van een vierde der heerlijkheid van 't Kiel, door de priorij van 't Kiel, tegen Jan Zimaere verkregen.

22 Februari 1354.

Jan, bider gratien ons Heren, hertoghe van Lothryk, van Brabant, van Lymburch ende marcgreve des heylichs Rycs, doen cond allen lieden dat vor ons ende vor onse manne van leen, dats te wetene, heren Janne here van Witham, heren Alaerde van Os, onsen rentmeester van Brabant, heren Arnde van Gorle, onsen zegheleer, ende heren Godeverde vander Dilft, ridder, comen syn in propere persone die prior ende convent van den tSartroysen bi Antwerpen ende begheerden vor ons te comen ende ons ghenoech te doene van enen goede, datmen van ons houdt te leen, dat si vercreghen hadden jeghen Janne Zimare, dats te verstande tviertendeel vanden goede, gheheten Kyele, welck goed te horen boef ontfanen heeft ende in name des godshuus van ons Jan Wolfs van Antwerpen ende heeft ons daerof hulde ende manscap ghedaen in horen name. Ende dit ghedaen, quam die vorseide Jan Wolf vore ons ende vor onse vors. manne ende bekende dat hi dat goed ontfanen hadde in name ende tot behoef des vorseide godshuus. Ende hier gheschiede allet dat van rechte daer in sculdech was te ghesciene, behoudelec ons altoes in den vors. goede onsen rechte ende onser heerlecheit. In orconscap des briefs met onser ende onser manne zeghelen vorsecreven bezeghelt. Ghegheven tot Antwerpen twee ende twintich daghe in Februario int jaer ons Heren M. CCC. vichtich ende drie na die coustume des hoefs van Cameric.

7 v^o.

22.

Arnold van Hovorst en Jacob van Brussel getuigen dat de priorij van S. - Katrien bij haren oorsprong slechts een inkomen had van drij en half pond Tournois.

17 Mei 1368.

In nomine Domini, amen. Notum sit universis hoc presens publicum instrumentum visuris seu auditoris quod anno eiusdem M^o CCC^o LXVIII^o mensis maii die decima septima.... in mei notarii publici et testium subscriptorum.... presentia, propter hoc personaliter constituti, honesti viri Arnoldus dictus de Hovorst et Jacobus vocatus de Bruxella, cives Antwerpienses, Cameracensis dyocesis, vera deliberatione previa perpendentes..... nulla violentia compulsi confessi sunt.... quod fundatio primeva domus seu conventus fratrum Cartusiensium, site seu siti prope villam Antwerpiensem, facta erat seu se extendebat ad tres libras cum dimidia grossorum veterum Turonensium hereditarii redditus vel citra et nullo modo amplius : quod dictus Arnoldus asseruit se scire ex patre suo, dicte domus originali et principali fundatore, et Jacobus prescriptus quod eidem fundationi presens interfuit ; quod premissa iidem, protestantes fide eorum media.... dicebant fuisse et esse vera.... Acta sunt hec in cimiterio beate Marie Antwerpiensis presentibus ibidem venerabilibus viris dominis, Heinrico de Meça, plebano ecclesie beate Marie Antwerpiensis, Johanne Pistoris, curato in Ranst, decano christianitatis Antwerpiensis Reyneldo de Reys, domino Mathia, supplebano dicte ecclesie, et Johanne dicto Deckere, capellano ecclesie castri Antwerpiensis, dicte dyocesis, testibus.

69 ro.

23.

Ridder Jan van Cruninghem verkoopt het vierde deel der heerlijkheid van 't Kiel aan de Karthuizers aldaar.

16 September 1381.

Wy, Laureins.... ende Joes van den Wyngaerde, schepenen in Antwerpen, maken cont dat vore ons quam

een eersam man, her Jan van Cruninghem, riddere, heren Arnouds zone was van Cruninghem, ridders, ende verlide dat hi,... wel ende wittlec vercocht heeft eersamen lieden, den priore ende convente des goedshuys van den tSartroesen, gheleghen buten der stad van Antwerpen, ane de Scelt, tot des selfs goedshuys behoef, alle syn recht ende ghedeel dat hi hadde ende houdende was int goed Te Kyele, gheleghen bi tvors. goedshuys, metter heerlicheyt ende met allen dat daer toe behoert, ghelyc dat hem ane ghestorven ende bleven es van vrouwen Agneesen, siere moeder, die dochter was Willems Noeze, met allen den rechte dat de vors. her Jan van Cruninghem, ridder, ane tvors. goed, heerlycheyt ende ane alle dat daer toe behoert hadde ende houdende was, datwelcke ... In kennisse.... Ghegheven int jaer ons Heren alsmen screef M. CCC. tachtentich ende een, op den sesthienden dach der maent van Septembri.

5 ro.

24.

Hertogin Joanna schenkt vrijdom van lasten aan de priorij van 't Kiel voor hare goederen te Mortsel en te Edeghem.

27 November 1387.

Jehanne, bider gracien Gods hertoginne van Luccenburg, van Lothryc, van Brabant ende van Lemburgh, mercgravinne des heylich rycs, doen cont allen luden dat wy om Gods wille ende in almoessen den prior ende den broderen des convents van sente Kathelinen van der Chartroysen bi Antwerpen ghevrijt hebben ende vrijen met desen brieve, voir ons ende onse nacomelinghen, hertoghen of hertoghinnen van Brabant, tewigen daghen emmermeer, hoir goede die si legghende hebben binnen den prochien van Mortsel ende van Edegem, van allen schettingen ende beden, sonder arge-list.... Gegeven te Bruessel des woensdaechs: na sente Kathelinen dach int jaer ons Heren M CCC seven ende tachtentich.

77.